



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

66. Brabeckius. Weimannus. Thuanus. Et conspiratio Fœderatorum  
Principis. Batavos divertunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



1660.

510 CHRISTOPH. BERNARD.

submurmurare viſa, deſeri ſociam Urbem  
& eam præteriri occaſionem, qualis vix unquam  
eſſet reditura, communi cauſæ patrocinabatur.

66.

*Brabeckius.*

At verò *Brabeckius*, ut erat ab ingenio  
& arte promptus, *Aitzemani* conata faciliſſime  
lis explodebat. Et qui Francofurti agebat  
Confœderatorum Regum ac Principum  
Legati, minaciter Reip. conjunctim  
hortabantur, rei ſolum ad Imperium per-  
nenti ne ſe inuolueret, niſi Reges ac Prin-  
cipes ſuos, Monasterienſis Epilcopi ſocios  
ultores mallet, arctâ fœderis lege ad id ob-

*Weimannus.*

*Weimannus* Clivæ Cancellarius  
Electoris Brandenburgici Ablegatus, & de  
vertendis ipſe Ordinibus dexter, inter  
extrema aut liberandæ Urbis, aut deſeren-

*Thuannus.*

dæ, poſterius ceu tutius non unâ de cauſa  
præſuadebat. *Jacobus Auguſtus Thuannus*  
*Meslæi* Comes Chriſtianiſſimi Regis ad *Bata-*  
*vos* Orator, nunc *Westphali* quoq; *Præ-*  
*ſulis*, ceu Regis ſui cauſam, jure ſocietatis  
mirificè tuebatur. Et opportunè *Borelinus*  
*Batavorum* in Francia Legatus, litteris idem  
confirmabat, imò & *Fabrum Polemarchum*  
à Rege juſſum eſſe, qui cum auxiliariis in  
*Westphaliam* properaret. Nec minùs cali-

*Et con-*  
*ſpiratio*  
*Fœdera-*

Rex, neminem mirari velle, ſi forſan exer-  
citus Principis Monasterienſis præeuntem  
brevi viderent Franciæ Mareſchallum. Ita  
Regum



Regum ac Principum conspiratio, & ipsius  
*Christophori Bernardi* solerter id com-  
 ponentis, inque singulos dies coacto sub  
 manu milite potentioris excrescens autho-  
 ritas, distraxit animos Batavorum, ut Pro-  
 vincia omnes, quantumcunque in armatam  
 Monasterij liberationem antea proclives,  
 mutata mente, vix aliud concluderint, quam  
 epistolâ velle hortari Cives, ut *profectum*  
 amplectantur, ac simul rogare *Friquetium*,  
 ipse ut *Christophorum Bernardum* huma-  
 niter flectat, ne *Tubicinem*, designatum ad  
 Urbem Reip. *Tabellarium*, denuò remo-  
 retur.

torum  
 Princi-  
 pis.

Batavos  
 diver-  
 tunt.

Apud *Westphalos* interim die octavâ  
 decimâ Decembris repentina tempestas, quâ  
 vix unquam alia violentior hisce locis visa  
 est, non modicam *Dicæcesi* stragem inflixit.

67.  
 Tempe-  
 stas in  
 West-  
 phalia.

Immensas extirpabat arbores, lacerabat te-  
 cta, sternebat domos, & aliquot turres mo-  
 lasque evertit. Indè ad prætoria *Castra*  
*Æolo*, *Neptunòque* certantibus, superior  
 agger vitium passus est. Retinendis namq;  
 aquis impar, ventorum, fluctuumq; vehe-  
 mentia, partem ruptus, multis undis elaben-  
 di viam fecit. Et nisi fatiscenti alveo sex-  
 centis operis noctem, diemq; se objecisset,  
 reparassetque *Wilichius* *Castrorum* Præfe-  
 ctus, fracto quaquaversum aggere, tota fa-  
 cilè moles Civitatem hausisset. Ut profectò

Nutans  
 agger.

Operâ  
 Wilichij  
 conser-  
 dus vatur.